

AD
RECENSIONEM
BULLARII ROMANO-SVEOGOTHICI,
A NOBIL. A CELSE EDITAM,
ACCESSIO.

CUJUS PARTEM VII,
CONS. FAC. PHILOS. R. ACAD. ABOËNSIS,
[PRÆSIDE]

Mag. HENRICO GABRIELE
PORTHAN,

Eloq*v.* Profesore Reg. & Ord. Equ. Ord. R. de Stella Polari, R. Acad. Litt.
Human. Hist. & Antiquit. R. Societ. Sc. Upsal. &c. Socio,

Publicæ bonorum censuræ submittit
CAROLUS GABRIEL DIEDERICHS,
Ostrobothnienfis,

In Audit. Minori die XXI Maji MDCCC,
H. A. M. S.

ABOÆ, Typis Frenckellianis.

THESES RESPONDENTIS.

THESIS I.

Quamvis tempora præterita, more solenni atque vetusto laudari, præsentia contra vituperari & reprehendi audias; illa tamen immerito his in universum præferri, multis docere licet rationibus.

Theſ. II.

Ut Similitudo animorum magnam habet vim ad conciliandas amicitias; ita similitudo quoque studiorum atque negotiorum ad eas conjungendas & confirmandas, non parum habet momenti.

Theſ. III.

Qui rebus antea præclare gestis ad criminā defendenda utuntur, parum idoneam ineunt rationem.

Theſ. IV.

Quamvis Experientia doceat, nos majorem utique potestatem in ideas quam in perceptiones nostras habere; non tamen nullum etiam in has imperium homines posse exercere, experientia confirmat.

Theſ. V.

Qui cum Helvetio contendunt, homines nihil facere nisi suæ utilitatis causa; omnem veram tollentes virtutem, humanitati injuriam faciunt.

Theſ. VI.

Quam sit periculosum, sanæ rationis usum a rebus examinandis ad religionem pertinentibus omnino arcere, non Gentilium modo atque Muhammedanorum exemplum, sed Christianismi quoque, medio quod vocamus ævo facies turpis atque miseranda, satis superque demonstrat.

Theſ. VII.

Inter absurdas non minus quam pernicioſas sententias, quas cœcum lectæ studium recentissimis temporibus peperit, non infimum illa meretur locum, qua minus habere momenti asseritur quam vera certaque faētorum & eventuum exhibeat notitia, quam quo ordine atque serie, quantaque exornata probabilitatis specie, legenda propontantur: quo perverso consilio præcipua Historiæ & laus & utilitas penitus tollitur.



episcopo ante receptionem Pallii defuncto, Capitulum elegerat
 (b) in ejus locum hunc *Nicolaum*, tunc Decanum ejusdem ecclæ-
 siæ; contra quam vero electionem a *Karolo Erlandi* (c) Canoni-
 co ipsius Ecclesiæ, tunc in Romana Curia versante, fuit appellatum;
 causa tamen cognita, Papa *Nicolaum* constituit Archiepiscopum
 (d), eundemque per *Johannem Tusculanensem* Episcopum consecrari,
 atque per *Matheum Sanctæ Mariæ* in Porticu, *Guillelmum Sancti*
Nicolai in Carcere Tulliano, & *Benedictum Sanctorum Cosmæ*
 & *Damiani* Diaconos Cardinales, Pallio ornari jussit, *salvo ju-
 re Ecclesiæ Lundensis, quæ in eadem Ecclesiæ Upsalensi jus Primate*
asserit se habere. — Ex Reg. Bonifacii P.P. VIII, A. I Ep. 384.

2.3.4.5.6.7. *Preposito & Capitulo Ecclesiæ Upsallensis* (e); *Po-
 pulo Civitatis & Dioecesis Upsallensis; Clero Civitatis & Dioecesis Up-
 fallensis; Universis Suffraganeis Ecclesiæ Upsallensis;* (Birgero) *Regi*
Svecie illustri; Nobili viro ---- Duci Svecie (f): omnes eodem lo-
 co atque die, eadem de re, ad eandem plane formam scriptæ.
 Quas itaque pluribus attingere opus non est. — Indid.

I

8. Ni-

(b) *Per viam Scrutinii*, tribus Canonicis *Everardo* Presbytero, *Gerar-
 do* Diacono, & *Emingo* (*Hemmingo*) Subdiacono, ad scrutandum ea
 vice unanimiter nominatis, qui *Nicolaum* rite electum declararunt.

(c) In exemplo nostro vitiōse legitur *Edandi*.

(d) De qua tota re, ejusque & procesu & eventu, edocemur Bulla
 ejusdem hujus Papæ, Capitulo Upsalensi data, quain recenset A CELSE
 l. c. p. 97, iisdem plane verbis, quibus nostra hæc Bulla, rem ex-
 ponente: cfr, LAGERBRING l. c. C. XIV §. 6 p. 747 sq. & nott. 14 —
 17, p. 752.

(e) Eadem illa quam recensent l. l. c. c. A CELSE & LAGERBRING.

(f) Hic indigitari (nam nomen in exemplo nostro expressum non habe-
 tur) Regni Mareschallum *Torkillum Canuti*, Regis minorenis Tuto-
 rem, probabile est.

8. *Nicolao Archiepiscopo Upsalensi. Rome apud Sanctum Petrum III Kal. Novembris A. I. (d. 30 Oct. 1295).* Permittitur ei, ut in Sancti Nicolai Confessoris, & beatæ Catharinæ Virginis festivitatibus, nec non & in singulis Cathedralibus Ecclesiis suæ Provinciæ, cum istam visitare & solenniter in eis Missarum solemnia celebrare illi contigerit, Pallio uti. — Indid A. I Ep. 534.

9. *Clero & Populo Insule Gutlandie. Anagnie V Idus Augusti, A. II (d. 9 Aug. 1296).* Personas bonaque eorum, exemplo Prædecesorum suorum *Gregorii IX (g), Innocentii IV (h) & Gregorii X (i)*, sub beati Petri & sua protectione, Papa suscipit, prohibens ne quis libertatem eorum obtentam haetenus ac pacifice observatam, præsumat perturbare. — Indid. A. II Ep. 472.

10. *Ysarno Archiepiscopo Carcassonensi, Capellano nostro. Laterani XV Kal. Aprilis, Pontific. A. V (d. 18 Martii 1299).* *Ericus Rex Daniæ, Papæ demonstraverat, olim post mortem Patris sui Erici, per potentiam & malitiam inimicorum suorum Regnum oppresum multipliciter & |collapsum fuisse; unde Rex pro tuitione ac defensione sua & regni sui Ingeburgh sororem Birgeri Regis Sveciæ, de cuius præsidio propter hoc plurimum confidebat, in matrimonium duxerit, & jam per plures annos ei cohabitaverit (k).* Cum autem idem Rex Ericus ac dicta Ingeburgh quarto consanguinitatis gradu ad invicem se contingerent, Papæ dispensationem expetiverat. Committit igitur Papa Ysarno, ad dictum Regem Daniæ ac ad partes illas pro certis negotiis destinatum, negotium dispensationis hujus Regi atque Reginæ aucto-

(g) Ejus quidem talis Bulla non supereft; cfr. tamen supra p. 21 sq. N:o 2 & 3.

(h) Vid. supra p. 43 N:o 25; cf. p. 44 N:o 26, 27, 28.

(i) Ejus Bulla his pertinens nobis non annotuit.

(k) Cfr. LAGERBRING l. c. C, XVI §. 20 p. 625.

uctoritate Apostolica tribuendæ, postquam idem Rex *Ericus* ab excommunicationis sententia, qua propter captionem J. (*l*) Archiepiscopi Lundensis per eum vel officiales suos factam noscitur alligatus, juxta commisionem per alias suas literas eidem *Isarno* datam, ab eo rite fuerit absolutus (*m*). — Indid. A. V. Ep. 159.

BENEDICTUS XI,

*I. I. (Isarno) Archiepiscopo Lundensi, Svetie Primati. Laterani VII Idus Novembri Anno I (d. 7 Nov. 1303). Narraverat Ingeburg, Soror Burgerii (Birgeri) Regis Sveciæ, causam & conditionem matrimonii sui cum Rege Daniæ initijs (modo eodem quo maritum suum Papæ rem exposuisse nuper didicimus), qui de præsidia Regis Sveciæ, Patris sui (*Magni*), propter hoc plurimum confidebat. Quare cum Papæ prædecesor *Bonifacius VIII*, ad supplicationem Regis Daniæ, dispensationis in hac causa faciendæ potestatem eidem huic *Isarno*, tunc Archiepiscopo Carcassonensi & Papæ Capellano jam commisisset; sed hic de partibus illis rediens, quod sibi mandabatur exsequi nequivisset; petente *Ingeburgi* (nam Rex, utpote excommunicatione ligatus, Papam supplex adire ausus non fuit), eandem quam Prædecesor suus eidem commissionem, eadem adjuncta conditione, de novo impertit. Addit tamen nunc hæc verba: "imposita ipsis (Regi & Reginæ), "pro eo quod taliter absque dispensatione Apostolica contraxerunt, nec non pro copula & cohabitatione prædictis penitentia salutari, eisque ad tempus, juxta tue discretionis arbitrium carnali commercio interdicto" — Ex Reg. Literar. Apostolicar. Benedicti P.P. XI, A. I Ep. 30.*

I 2

CLE-

(*l*) *Johannis Grand:* cfr. supra p. 62 not. (*d*).

(*m*) Cfr. *LAGERBRING* l. c. P. III C, I §. 18 & *PONTOPPIDAN* l. c. p. 782.

CLEMENS V.

1. *Nicolao (a) Archiepiscopo Upfalenſi. Piſtavis Idibus Ju-
lii Anno. III (d. 15 Julii 1308).* Confirmat Papa ejus traſla-
tionem ex Episcopatu Arosiensi ad Archiepiscopatum Upfalen-
ſem, ad quem a Capitulo ejus Ecclesiæ concorditer postulatus
fuerat; Palliumque per *Landalphum Sancti Angeli, Guillelmum S.
Nicolai in Carcere Tulliano, & Lucam S. Mariæ in Via lata
Diaconos Cardinales*, ſe ei feciſſe aſſignari docet. — Ex Registro
Literarum Apoſtolicarum Clementis P. P. V, A. III. Ep. 506.

2. *ſſraeli Erlandi (b), Elec̄to Arosienſi. Avinione IV Kalend.
Augusti, A. IV (d. 29 Julii 1308 (c)).* Ecclesia Arosiensi per
translationem Nicolai ad Archiepiscopatum Upfalenſem vacante,
ſe provisionem illius Ecclesiæ hac vice diſpoſitioni Sediſ Apoſtolicæ
reſervasfe, Papa docet, atque deinde hunc Iſraelem, Ordinis Fra-
trum Prædicatorum profexum (præfectum?) in Sacerdotio conſti-
tutum eidem præfeciſſe (d); cui itaque his literis munus illud de-
mandat & confirmat. — Indid. A. II Ep. 1099.

3. *Magistro Nicolao Sigvarti, Canonico Lincopenſi. Dat. in
Prioratu de Graufelle prope Mal. (e) Vasconenſis Dioceſis, X Kal.
Decemb. A. V. (d. 22 Nov. 1309).* Huic Archiepiscopi & Ca-
pi-

(a) *Catilli (l Kātilli).* Vid RHYZELIUS l. c. P. I p. 38.

(b) Vitioſe legitur *Erlendi.*

(c) Margini quidem exempli noſtri adſcriptus eſt annus 1309; ſed Ele-
ctus fuit Clemens V Papa Nonis Junii a. 1305, & munus fuſcepit XII
Kalend. Auguſti ejusdem anni (docente CIACONIO l. c. p. 356): un-
de d. 29 Julii 1309, jam ad annum Pontificatus ſui V pertinuit?

(d) Hinc itaque emendandus eſt RHYZELIUS (*Epifcopose. P. I p. 251*),
qui *Iſraēlem a. demum 1311, ordinario modo, eorumque quorum in-
terfuit consenſu, factum fuſte Epifcopum dicit.*

(e) *Malanjanam?*

pituli Upsalensis hactenus in Curia Romana Procuratori, Papa Canonicatum Ecclesiae Lincopensis, cum plenitudine juris Canonicorum, ac Præbendam nulli alli de jure debitam, si qua in eadem Ecclesia vacat ad præsens, etiam si eidem Præbendæ cura sit animarum annexa, confert. Si vero nulla talis Præbenda vacet ad præsens in Ecclesia supradicta, Præbendam inibi proxime vacaturam, similibus conditionibus eidem, omnibus remotis obstatulis, addicit, licet in Ecclesia Upsalensi Canonicatum & Præbendam, cui ecclesia parochialis de Tierp est annexa, noscatur obtinere (f). — Indid. A. V Ep. 536.

4. *Israeli Electo Arosiensi & Theodorico Symonis Canonico Arosiensi. Loco, anno & die iisdem. Mandatur iis, ut supradictum Magistrum Nicolaum recipi & admitti faciant in corporalem possessionem beneficiorum præfatorum.* — Indid.

5. *Nicolao Archiepiscopo Upsalensi. L. a. & d. iisd. Datur ei potestas dispensandi cum XX Clericis suæ civitatis, Diœcesis & provinciæ, de Presbyteris genitis & solutis, & cum XL aliis Clericis earundem civitatis, Diœcesis & Provinciæ, qui de solutis patribus & matribus sint suscepti, super hujusmodi natalium defunctibus.* — Indid. A. V Ep. 605.

6. *Thome Alonis (g) de Odniſtum, Presbytero, Canonico Upsalensi. L. a. & d. iisd. Quum pro Archiepiscopo & Capitulo Upsalensi quorum nomine ad Pontificem acceserat, labores multiplices & pericula gravia sustinuisset; beneficium ecclesiasticum*

I 3

nulli

(f) Hunc M. Nicolaum Sigwasti de Kalmarnia, primo Scholasticum Upsaliensem, deinde *Canonicum*, & tandem *Archidiaconum* ejusdem fuisse Ecclesiae, discimus ex edito a SCHEFFERO vet. *Cronico Archiepiscoporum &c. Upsaliensum* p. 195 & 153. De eodem etiam mox infra,

(g) *Allonis.*

nulli alii de jure debitum, curam habens animarum, cuius preventus L. librarum Turonensium parvorum valorem annum non excedant, ad collationem, provisionem seu ordinationem Episcopi Strengenensis pertinens, vacans aut proxime vacatum, ei confert: licet in Ecclesia Upsalensi Canonicatum & Præbendam, cui ecclesia Sanctæ Trinitatis & Capella Skutungi parochialis annexæ existunt, noscatur obtinere (h). — Indid. A. V. Ep. 774.

7. --- *Preposito Arosiensi & Magistris Frederico Cibo Scholastico Januenfi, ac Redharo Olavi Canonico ejusdem Arosiensis ecclesie. L. a. & d. iisd. Dantur eidem Thomae Conservatores, quo- ad assecutionem supradicti beneficii. — Indid.*

JOHANNES XXII.

i. *Olavo (a) Electo Upsalensi. Avenione VII Kal. Novembris anno Pontif. I. (d. 26 Octob. 1316). Ticho de la Landia (b) Lundensis & Nicolaus Sigvasti (c) Upsalensis Ecclesiarum Procura- tores & Nuntii, ad Pallium pro Electo Upsalensi, juxta privilegia Paparum Adriani IV & Innocentii III petendum ad curiam Pa- palem missi, illud, ad Lundensem deinde ecclesiam reportan- dum, ac a Lundensi Arphiepiscopo Upsalensi Electo conferen- dum*

(b) Hunc etiam *Thomam Allonis*, primo *Canonicum* & deinde (post mor- tem *Nicolai* nuper laudati) *Archidiaconum* Upsaliensem fuisse, docet idem *Chronicon* (SCHEFFERI cura editum) p. 184 & 154.

(a) *Birgeri de Fors, Sapienti dicto. Vid. RHYZELIUS l. c. p. 38 sq. LA- GERBRING l. c. P. III C. 2 §. 12 p. 186.*

(b) *Leg. Tycbo de Lalandia.*

(c) Idem de quo nuper commemoravimus p. 69 not. (g).

dum, a Pontifice postulaverant (*d*). Cui petitioni hic annuens, permisit Archiepiscopo Lundensi ut hac vice posset illud Electo Upsalensi, prout dicti Nuntii petiverant, in Castro *Aaos* (*e*) Lundensis Dioceſeos, assignare. Etiam hic additur cautio: "Nolumus tamen per hujusmodi assignationem ejusdem pallei, quam in dicto castro sic fieri tibi concedimus, eisdem Ecclesie & Archiepiscopo Lundensi & successoribus suis in aliquo penitus derogari, vel tibi tuisque successoribus & Ecclesie Upsalensi de novo aliiquid jus acquiri, sed antiquum, si quod utrique ecclesie super hoc competit, tantummodo reservari". — Ex Reg. Liter. Apostolicar. Johannis P.P. XXII, A. 1. p. 2 Ep. 1000.

a
2. (Esgero (*f*) Archiepiscopo Lundensi, Svetie Primiati. *L. a*
& d. iisdem. Mandatur ei modo solito, ut Pallium Electo Upsalensi, loco nuper commemorato, hac vice assignet (*g*). Cautio eadem quae in Bulla superiori, additur. — Indid.

3. (Olavo) Electo & Capitulo Upsalensi, & aliis ecclesiasticis Personis per Regnum Svetie constitutis. Avenione III Non. Febr. Pontificatus A. 1 (d 3 Febr. 1317). Recensentur, approbantur & confirmantur privilegia a Rege Birgero Clero atque Ecclesiis. Regni sui concesa, data apud Strengoarias (leg. Strenganesham) Anno Domini 1305 Dominica Letare Jerusalem (*h*), literae ejus om-

(*d*) Itaque *Nicolaus* etiam *Sigwasti* hoc jus Archiepiscopi Lundensis, Ecclesiae suae nomine agnoverat? Cfr. LAGERBRING I, c. C, 2 §. 10.

(*e*) Åbus?

(*f*) *Juel*: cf. RHYZELIUS I, c. P. II p. 19 sq & PONTOPPIDAN I, c. T. II p. 52 sqq.

(*g*) Quem tamen illud ab eo non accepisse, docet RHYZELIUS I, c. P. I, p. 39.

(*h*) Exhibit eadem WILDE *Svecia Hist. Pragmat.* C, III Sect, II §. 23 p. 424 sq cf. p. 418 sq.

Omnibus Archiepiscopatum Upsalensem inhabitantibus, datæ Stockholm a:o D:ni 1305 in die Apostolorum Petri & Pauli, quibus tertiam partem decimarum quæ olim confuevit decima pauperum vulgariter appellari, Ecclesiæ Upsalensi & ejus Prælatis restituit (i), & literæ ejusdem quibus terram quandam Archiepiscopo & Ecclesiæ Upsaliensi venditionis jure tribuit, datas Sidekaborgh (k) a:o D:ni millesimo trecentesimo undecimo, tertia Idus Mensis Junii. Nomina Confiliariorum Regiorum, qui utrisque exarandis literis interfuisse easque Sigillis suis muniisse dicuntur, in exemplo nostro pleraque misere corrupta comparent (l). — Indid. A. I T. 3. Ep. 2778.

4. (Eidem). *Electo & Capitulo Upfalenſi. L. a. & d. iisd. Monentur, ut commissam Archiepiscopo & Capitulo Upsalensi a Papa Clemente V curam petendi, exigendi & recipiendi omnes*

(i) Cfr. de hac re SCHEFFERUS ad *Chronicon a se editum Archiepiscoporum Upsal.* p. 37, & LAGERBRING l. c. P. II C. XVII §. 3 & 4.

(k) Quid monstri hoc sit nomen, nescimus. Forte Stekeborg?

(l) Prioribus Sigilla suis leguntur appensa *Ysari Strengianensis & Nicolai Aroniensis* (Aroliensis) Episcoporum, *Tlrgilli Kuntzsz* (Turgilli Knutson) Marischalci nostri, *Swancapulsey Osgocbor.*, (Svantapulci Ostgothorum) *Birgeri Uplandie, Magni Gregorisi. Westinmannie* (Gregorison Westmannie), *Leonardi Naridie* (Nericie), *Philippi Ingwaldsz Sudbinannie* (Ingevaldson Sudermannie) *Benedicti Westgochorum* (Vestgothorum), *Karici Winalandie* (an *Canuti Finlandiae*, nobis plane ignoti) *Legiferorum, Keinici Jonsf.* (Kanuti Jonsfon?) *Philippi Ulfssz* (Ulfson), *Giromari Maginsz* (Gudmari Månszon, Mengenson vel Magnusson) *Karioli Thudbistra* (Caroli Thydiske) & *Karoli Ulfssz*. (Ultson). Posterioribus Sigilla apposita fuerunt *Canuti Jonsfon* Dapiteri nostri dilecti, & *Fulkonis Jonsfon, Benedicti Vojs.* (Boson?) & *Johannis Howdb.* (In literis etiam Regis Birgeri, datis a. 1308, apud HADORPHIUM, *Append. ad Chron. Rhytm.* p. 5 occurrit nomen *Johannis Huwd*; nisi utroque loco legendum si *Hwid?*)